

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

Captiuitatem qua[m]nam in nosipsos exercere debeamus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

Comprehē-
sio Iesu quā
fuerit cra-
dēlis.

Captiuitas
Iesu quam
fuerit con-
tumeliosa.

meant. Considera quoque hic iterum in Christi captiuitate, quomodo simul in ipsum irruunt omnes. Nemo non vult singularem Domino Iesu contumeliam inferre. Nemo est qui se non velit de sui prostratione in terram, vindicare. Omnes clamant, sanguinunt cuncti. Alius huc, alius trahit alio. Hic cædit, hic subsannat, hic blasphemat, alius maledicit, alius illudit. Agnum itaque mansuetissimum, ut rabidi canes furiosive lupi dilaniant. Considerandum tertio, non solum dolorosam ac paenitentiam hanc Christo suisse captiuitatem, verum etiam contumelia & ignominia plena. Qui enim captus est, sui esse desinit iuris: manetq; non liber, sed ad asterius cogitur duciturq; voluntatem. Hanc tamen ignominiam Christus, quomodo cuncta alia spōte ac libenter tolerauit. Considera quarto, quo is qui captus est, habetur dignior, maior ac melior, eo est eius captiuitas indignior & probrosior. Nemo autem dignior Christo.

Captiuitatem quamnam in nosipso exercere debeamus.

Quomodo
nosipso
debeamus
facere cap-
tivos.

Sensus ho-
minis vi frenā
frenādi sunt.
Oculi quo-
modo cap-
tivandi sunt.

Aures vi te-
nendae sunt
captiua.

1. Cor. 15.

Quomodo nostri amore Iesus captus, captiuum se quoque Iudeis tradidit, ita nos quoque debemus nos ipsius facere captiuos. Omnes sensus nostros, omnia membra, intellectum quoq; captiuemus in obsequium Christi. Captiuemus, hoc est, captiuos teneamus sensus nostros sub freno & disciplina, ne liberè se ad ea quæcumque appetunt, connuant: ne recipiant noxia, ne occupent se ociose, sed ad Christi amorem & laudem semper ferueant prompti. Captiuentur oculi, ne videant illicita, vnde tententur prouocentur ad concupiscentias luxuria, gula, avaritia. Hoc modo sanctæ quædam virgines olim oculos captiuos tenebant, ut nuditatem corporis sui præter manus & pedes, amore castitatis nunquam conspicerint. Hoc modo viri sancti, vt Hugo Gratianopolitanus episcopus, Rogerius, &c. nullius mulieris tantisper contemplati sunt faciem, ut denio occurrentem possent agnoscer. Nec tantum viri, sed etiam mulieres sanctæ, vt Gertrudis, seu Trutha Halberstatten sis, alięq; multæ eiusmodi, vbi viris locutæ fuerant, quod interdum erat necessarium, aded refrenatis oculis redibant puræ, ut nunquam eorumdem viderint faciem. Captiuas deinde teneamus aures, ut non audiamus ruitores seculares, prava colloquia, verba scurrilia, minusq; pudica. Non audiamus quoque detractiones, quia omnia hæc conscientiam vehementer inquinant, malas vanasq; cogitationes gignunt ac nutritunt, quomodo Apostolus quoque dicit: *Corrumptunt bonos mores colloquia mala.* Captiuas teneamus manus à tactu illicito. Captiuam teneamus voluntatem nostram sub voluntate nostri superioris in voluntatem Dei. Captiuemus demum totum corpus nostrum in obsequium Christi. In multis enim qui Deo vult vivere debet se ipsum mortificare, libertatem sibi perniciosa adimere, & sub iugo diuinæ voluntatis in captiuitatem se redigere. Item roga Dominum Iesum, qui se tui amore tradidit captiuum, ut te quoq; sibi accipiat, teneatq; captiuum.

IESUS FUIT LIGATUS. Articulus XII.

Ioan. 18.

Cohors ergo & tribunus & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum.

HOMI-